LAMSPRING
Joachimsthal/Böhmen (?), 1607 Seite 36r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8164
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Audite nunc mirabile
Nam magna uos doceb,
Se qualiter Rex offerat
Supra genus parentum.
Audite quid nos nobilis
Sylvanus alloquatur:
Victis superbis hostibus
Ego palam triumpho
Iam sub pedes est perfidi
Praeo meos subactos,
A Sole Leo ad Hiberum
Rex dives et decorus,
Caput leno, mil indigens
Opis, potentiae.
Me nemo maior natus est
Nec avo nec parente.
Cuncti mortalis caeli
Ago stupenda solus.
Solus feo potentium
Durabilem salutem,
Et insuper gemmas, opes,
Laudes. do superbas.
Argenteas et aureas
Maxus abunde dono
Do summa uitae pharmaca
Meo labore parta
Hoc constitutus ante quam
Loco fui supremo.
Ignobilis domo fui.
Nec mentis arrogantis.
Et hoc quod ad uestigium
Sublime uenis alis.
Penetrem, natura fert
Benignitas. Iouae.
Ex pessimo sic optimum
Surgit gradu supremo
Statimque sumit regium
Et ordinem potentum.
Hinc praesidem me Sylvulae
Dignum uocauit Hermes.